

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

**Grotius, Hugo**

**Jenae, 1680**

### CAPUT XV.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](http://urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

CAPUT XV.

De foederibus & sponsionibus.

- I. Publicæ conventiones quæ.
- II. Dividuntur in foedera, sponsiones, pactiones alias.
- III. Foederum & sponsionum discriminem, & in quid sponsiones obligent.
- IV. Rejecta divisio foederum quam Menippus fecit.
- V. Foederum divisio in ea, quæ idem statuant cum jure naturæ: & unde id natum:
- VI. Et ea quæ aliquid adjiciunt: quæ sunt equalia;
- VII. Aut in equalia, quæ rursum dividuntur.
- VIII. Foedera cum his qui alieni sunt à vera religione licita esse jure naturæ:
- IX. Nec universaliter prohiberi lege Hebreæ;
- X. Nec Christiana.
- XI. Cautiones circa talia foedera.
- XII. Christianos omnes obligatos ad fœdus in eundem adversus hostes Christianismi.
- XIII. Si plures foederatorum bellum gerant, cui potius opem ferri oportet distinctionibus explicatur.
- XIV. An tacite renovatum censeatur fœdus. (libere).
- XV. An partis alterius perfidia alterans
- XVI. In quid teneantur sponsores si sponsio improbetur, ubi de Caudina sponsione. *Difensio. l. 8. c. 2.*
- XVII. An sponsio non improbata obligat ex notitia & silentio, distinctionibus explicatur, ubi de sponsione Luctiana. *Tellor. sy nupti. finis. sentrum. l. 23. 27.*

**I.** Conventiones Ulpianus divisit in publicas & privatas: & publicam exposuit, non, ut quidam putant definitione, sed exemplis additis, quæ L.5. Conventiones inter se duces belli quædam  
per pacem, quod primum & exemplum est: quoties inter se pacificatur; & quod secundum. Publicas ergo conventiones eas intelligit, D. de Paciis.  
quæ, nisi jure imperii majoris aut minoris, fieri nequeunt, quæ nota differunt L. III. c. 20.  
non tantum à contractibus privatorum, sed & à contractibus regum circa negotia privata. Quanquam ex privatis quoque belli causa nasci solet, frequenterque negotia tamen ex publicis. Ideo, postquam de conventionibus generaliter à nobis  
tractata sunt satis multa, quædam addenda sunt, quæ ad excellentiorem hanc  
speciem pertineant.

**II.** Publicas has conventiones, quas Græci συνθήκας vocant, dividere possumus in foedera, sponsiones, pactiones alias.

Fœdera, sponsiones, pactiones alias) Has conventionum species describit M. Varro apud Badin, de Rep. Lib. 5. cap. 6. in præm. Fœdus est publica populorum principiumve inter ipsos conventionem in perpetuum concepta. Sponsio Ducum Legatorumve pactum conventionis populi iustus, cuius exitus & conditions à Principibus populis pendent, ut rata irritave sint promissa. Pactio principum populorumve conditio temporaria, quæ sibi Magistratum aut Ducum potestate permittitur, qui ad breve tempus differre, aut pactis aliquot dierum inducis fustinere bella suo jure polunt. *Add. ipse Grot. in §§. seqq.*

**III. I.** De foederum & sponsionum discriminē adiri potest Livius libro

† L. III. c. 20.  
§. 2.

Lib. XXIV.

† L. III. c. 20.  
§. 2. seqq.

IX. ubi recte nos docet, foedera esse, quæ sunt iusta summa potestatis & in quibus ipse populus ira divina obstringitur, si minus stetur dictis. Ea apud Romanos peragi per faciales solebant addito patre patrato. Sponsio autem est, ubi hi, qui a potestate summa mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt, qvod illam proprie tangit. Apud Sallustium legimus: Senatus, ut par erat, decrevit, suo sui, populi injussu nullum potuisse foedus fieri. Hieronymus Syracusarum rex cum Annibale, ut narrat Livius, societatem fecerat: at postea Carthaginem misit ad foedus ex societate faciendum. Qvare \* qvod apud Senecam patrem est: Imperator foedus percussit, videtur populus percussus. Romanus, & foedere continetur: ad antiquos eos pertinet, qui speciale ejus rei mandatum acceperant. At \* in regnis † regum est foedus facere. Eundem Supplicibus:

τόνδε δὲ οὐνόνας γέσεών  
Ἄδερσον. ἔτερον τύχειον τελείων  
πάντοις τελέοντες Δασκαλίδων ὄρκωτομεν.

Adrastum hunc opus

Jurare: namq; is jus habet regni potens  
Ut civitatem foedere obstringat suo.

Legendum enim ibi, ut diximus, ὄρκωτο μεν, non ὄρκωτομεν.

Qvod apud Senecam patrem est ) Contr. IV, 29.

In regnis regum est foediu facere ) Servius ad illud II. Aeneidos:  
Servataq; serues

Troja fidem;

Quia, quod rex promittit, videtur respublica promittere. Et ubi Aeneas: singulari certamine pugnaturus prius cum Latino foedus facit: Turnum, ait, non inducit jurantem, quia praesente rege non habet potestatem.

Per faciales solebant, addito patre patrato ) Formula fœderis, inter Albanos & Romanos, ratione imperii & subjectionis initi, cuius vetustiorem memoriam non extare L. 1. a. U. C. cap. 234. Fœcialis Regem Tullum ita rogavit: Jubesne me Rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente Regi sagmina inquit te Rex posco, Rex ait, pura tollito, fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea Regem interrogavit, Rex, facisne me tu Regium nuntium populique Romani Qviritium, vasa, comitesque meos? Rex respondi, qvod sine fraude mea populique Romani Qviritium fiat, facio. Fœcialis erat Marcus Valerius, patrem patrumque Fusum fecit. Verbena caput capillosque tangens pater patratus ad iusjurandum patrandum, id est sanciendum, fit fœdus, multisque id verbis, qvæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis, audi, inquit, Juppiter, audi pater patrae populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima postremave ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo, (add. seq. e. §. 1. n. 2.) utique ea hic hodie reæstissimè intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficit, si prior defecit publico confilio, dolo malo, tu illo que Juppiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque, ubi id dixit, porcum faxo silice percussit. Aliud exemplum occurrit apud L. 1. lib. 10. secund.

bii

c. 3. t. 11

§. 3. n. 1. q. ad. <sup>et</sup> dicas dicitur.  
quod grossus non adeo aduersus, ne  
pe quod foedera differat in ea a  
pacificationis, ~~ut~~ foedera om  
nia exacter de nobis accedit  
foedera a non reperi proprie  
tate pacificationis, omnia foedera  
pacificationem ~~pro~~ stupore, sed  
non omnia pacificatione modicis fo.

§ 3. n. 2. a) sed non sibi formenre  
de regne populus est. qui in fide  
regi residet et iura Iesu admittit  
tum.

§. 4. q/ fidei parcer fuit actione  
li et dei quidem vel publici l? i  
qui in notitiam omnia vel  
uxit vel facilius hoc est. qui inter  
pacientes eorum meritos. fides  
agitatur. 2. 3. c. 22. §. 4.

*bell. Punic cap. 43.* Feciales quum in Africam ad foedus faciendum ire juberentur, ipsis postulantibus S. C. in hac verba factum est, ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent, ut Prætor Romanus iis imperaret, ut foedus ferirent, sibi illi Prætorem sagmina poscerent, herbae id genus ex arce sumptum dari fecialibus solet.

2. Sicut autem magistratus populum non obligant, ita nec minor pars populi: qvod pro Romanis est aduersus Gallos Sehonas: nam major pars populi erat apud Dictatorem Camillum. bifariam autem, ut apud Gellium est, cum populo agi non potest.

3. Sed ubi, qui jus populi non habent, de eo, qvod populi est, spopon-  
derunt, videamus in quid teneantur. Putet forte aliquis, hoc casu spopon-  
tes fidem liberasse, si operam omnem dissent, ut id, qvod spoponderunt,  
fieret, secundum ea, quæ de promisso tertii facto supra † diximus: sed nego-  
tii hujus, cui contractus inest, natura obligationem multo strictiorem deside-  
rat. Nam qui contrahendo aliquid de suo dat aut promittit, is vicissim præ-  
stari reipka sibi aliquid vult: unde & jure civili, qvod facti alieni promises-  
repudiatur, promissio tamen ratum rem habet ad id, qvod interest, obstringit.

IV. Foedera Menippus, regis Antiochi ad Romanos Legatus, referente  
\* Livio, magis ex usu suo, quam ex præscripto artis, ita divisit, ut diceret,  
tria esse eorum foederum, quæ inter se paciscerentur reges civitatesque, gene-  
ra, unum, cum bello victis dicerentur leges, quo in genere quid victum ha-  
bere, quo multari eum vellet, victoris esse arbitrium: alterum, cum pares  
bello æquo foedere in pacem atque amicitiam venirent. tunc repeti reddique  
per conventionem res, & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex for-  
mula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi: tertium esse  
genus, cum, qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali foedare inter  
se jungendam coéant: quos nec dicere leges, nec accipere.

\*\*\*

Livio ) Adde Diodorum Siculum Exc. leg. IV.

V. 1. At nobis accuratius instituenda partitio est, ut primum dicamus,  
foedera alia idem constituere, qvod juris est naturalis, alia aliquid ei adjicere.  
Prioris generis foedera non tantum fieri solent inter hostes, qui à bello dis-  
cidunt, sed olim & fiebant sepe, & aliquo modo erant necessaria inter eos, qui  
ante nihil contraxissent. id inde ortum, qvod regula illa juris † naturalis,  
cognitionem inter homines quandam esse à natura, ac proinde nefas esse al-  
terum ab altero laedi, ut olim ante diluvium, ita rursus aliquo post diluvium  
tempore malis moribus esset oblitterata, \* ita ut latrocinari & prædas agere in  
externos † nullo bello indictio pro licto haberetur: qvod Σκυθιοπόν vocat  
Epiphanius.

\*\*\*

Ita ut latrocinari & prædas agere in externos, nullo bello indictio, pro licto  
haberetur ) Cæsar de Germanis: Latrocinia nullam habent infamiam, que ex-  
tra

*tra fines cuiusq; civitatis sunt. Accedit testis Tacitus de moribus Germanicis, & Saxo libro XIV. & alibi. Idem de Tyrrhenis scriptum est Servio ad IIL & X. Aeneidos, & de aliis gentibus ad primum Aeneidos. Diodoro Siculo de Lusitanis: quicum Plutarchus consentit Mario: τὸ ληστεῖον ἔτη τὸ τῆς φράσις καὶ οἰστον ἡγεμόνων. ad id tempus Hispanis latrociniari inter pulcherrima habebatur. Simile est quod Judæi damnum datum ei, qui nec Judæus sit, nec Judæis federatus, sacerdium negant.*

2. Hinc illa \* apud Homerum, an prædones estis? amica interrogatio, \* cuius & Thucydides meminit, & in Solonis lege veteri collegia δῆμοι λέγουσι ερχομένων: quippe, ut Justinus ait, ad Tarquinii tempora latrocinium maris gloria habebatur: & illud in Romano jure, ut si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fedus amicitiae causa factam habeatur, hi hostes quidem non sint: quod autem ex Romano ad eas pervenerat, ilorum fiat, & liber homo Romanus ab eis captus servus fiat. idemque sit, si quis inde ad Romanos perveniat: & hoc quoque casu postliminium fatur. Sic Corcyrenses olim ante belli Peloponnesiaci tempora hostes Atheniensium non erant, sed nec pacem cum illis, nec inducias habebant, ut ex oratione Corinthiorum apud Thucydidem appareret. De Boccho Sallustius: *nobis neq; bellum neq; pace cognitus.* Hinc in barbaros prædam exercere laudatum Aristoteli, & ipsa vox hostis veteri Latio nihil, nisi externum significabat.

\*\*\*

*Apud Homerum) Odyssæa γ. ubi Scholia festo ἀδοξον τὸν θεόν τοις οὐλαιοῖς τὸ ληστεῖον, οἷα τὸ εύδοξον, Latrociniari apud antiquos non tantum in famia carebat, sed insuper gloriosum ducebatur.*

*Cuius & Thucydides meminit) Libro I. additique τὸν ἔχοντος τῷ αἰγαλίῳ τρόπῳ τὸ ἔργον, Φέργυτος δὲ τε καὶ διξις μᾶλλον: nondum infamiam habebat id vite genus, quin potius laudi tribuitur.*

3. Sub hoc genere comprehendendo & federa, quibus cavitur, ut utrinque jus hospitiū, iuris commercii sit, quatenus ista sub iure naturali veniunt, quade re egimus alibi. Utitur hoc discrimine Arco in oratione ad Achæos apud Livium, ubi non de societate ait quæri, sed de commercio præbendi repetendique juris: nempe ne servis Macedonum apud se perfugium esset. Hoc genus totum conventionum Graci stricte εἰρήνη vocant, & oponunt εὐοδας, ut tum alibi videre est, tum in oratione Andocidii de pace cum Lacedemoniis,

VI. i. Conventions, quæ juri naturæ aliquid adjiciunt, aut æquales sunt, aut inæquales. \* Æquales sunt, quæ utrumque eodem modo se habent: dicitur καὶ κοινῶς ἐν αἱρετεῖσι τοῖς, ut Isocrates in Panegyrico loquitur: quo ille Iud Virgilii pertinet:

Liv. L 1. A.U.  
C. cap. 13.

*Nec mibi regna peto, paribus sed legibus & iubis  
In quæas gentes eterna in fœderam mutam.*

Grec

L. ult. D. de  
Collegiis.  
Lib. XLIII.

*Piægl. p. 341*

+ L. 5. §. 2. D.  
de Capt. &  
postlim. L. 6.  
h. t.

L. 2. c. 2. §. 16.  
seqq.  
Liv. I. XLII.

S. S. n. 3. affas mo perebor, pale.  
de jure debitum non appeties.  
admissio. yesterdau inter anglos  
et gallos et tezpose (non vidi ob:  
servatum fuit inter anglos et  
selgas dom pale debitum?

§. 6. n. 2. a) face partax est  
inter reges Daniae et Suedie de Pe-  
rigali in Scanda reis solvendo  
quod partam m. inter Danos u.  
Belgas est.

§. 6. n. 3. b) Bellicā societatis ad. §. 6. n. 3. c) hoc est in paci-  
vijne face foedera. inter præcōnōe Bourgouicē p̄m.  
ratōn et regem hęparie, dux de gallie ad. 49. gai de  
Belgas. Eleccōn Brandenburgi gai electori Brandeb. magni n.  
ad u. rāces. capo.

§. 6. n. 3. c) foedes inter aegla actionis helveticorum Cato.  
et Belgas de. non recipiendis actionis helveticorum Cato.  
rebelles aut alio modo losibas rum. qui non consenserit ad  
aut n. jam ad mei fisi tradendis reg. sed indecum erit.  
eius successorum accorgunt ac nam articulare confederatio.  
88. fisi in conditione equitū dñm allorum Belgarum fa.  
ctozgi dei elector Brandenburgi. dñs votuum gassam fellem pro.  
ces. tunc temporis in belgo agri vñce idem non exigit  
potidant d. fose al fisi exige. uam reg. sed regiam die.  
ut votasue fisi accepte tradicō. nam proprieatatem actioni  
huius uictis tuis elector. fose. confederationem  
et fu. uicti. dñs. ut fose.  
deu. peccata uicti. mānu

§. 7. n. i. a) Cap. 2. i. c. s. 5.  
2. vocatus cominantes prohi.  
bentes fisi reg. hęparie et pro.  
fector dezugitrum regiam. H.  
nam iniquitatem illi ut per  
intelligit comites occidentis p.  
textiorum hoc m. summa g.  
nigellati nihile seruere, qui

Græci istas vocant modo σωδίας simpliciter, modo σωδίας ἢ τῆς ισημερινοῖς ut apud Appianum & Xenophontem videre est: has magis proprieτατας, &c. quatenus minus dignos respiciunt, ωργανωτα, aut σωδίας ἢ τῆς δημοκρατῶν, quas Demosthenes in oratione de Rhodiorum libertate fui-gendas ait his, qui libertatem amant, quia ad servitutem accedant proxime.

\*\*\*

L.I.c. III. §.  
XXI. n. 10.

*Æquales sunt*) Sic Plinius Parthos ait cum Scythis ex æquo degere. Pompejus apud Lucanum de eadem Parthorum gente:

---- Solus

*Ex æquo me Parthus adit.*

2. Utriusque modi federa aut pacis, aut societatis alicujus sunt causa. *Æqualia pacis*, ut quæ de restituendis captivis, rebus captis & ad securi-tatem conveniri solent. quæ de re agendum erit infra in belli effectibus & con-sectaneis. *Æqualia societatis*, aut ad commercia pertinent, aut ad belli com-munitatem, aut ad res alias. *Æquales de commerciis pactiones variæ esse possunt*, puta utrinque ne vettigal ullum solvatur, quod in vetere erat fodere Romanorum a Charthaginensium, excepto eo, quod scribæ & preconi da-batur, aut ne majus solvatur, quam in præsens, aut ad certam quantitatem.

† L.III. c. 3.  
feqq.

3. Sic & in bellica societate ut auxilia præstentur paria equitum, pedi-tum, navium, sive ad omne bellum, quod Græci Συμμαχία, vocant, & ex-plicat Thucydides τὰς αὐλαὶς ἐχθρὸς καὶ φίλων νομίζειν, eosdem hostes & ami-cos habere: quod apud Livium saepe reperias, sive ad tuendos fines dun-taxat, quod δημοκρατία, sive ad certum bellum, aut in certos hostes, aut in o-mines quidem, sed exceptis sociis, ut in fodere inter Pœnos & Macedonas, Plut. Demetrio qvod apud Polybium est: quomodo & Rhodii Antigono & Demetrio per fod-e-rio.] dus auxilia promiserunt in hostes quosvis, excepto Ptolemæo. Potest, ut diximus, æquale fedus & ad res alias pertinere, \* ut ne in confinio alterius alter arces habeat, ne subditos alterius alter defendat, ne iter alterius hosti p̄freat.

\*\*\*

*Συμμαχία vocant*) veteres ἀπαιχνίδια. Zosimus L.V.

*Ut ne in confinio alterius alter arces habeat*) Exemplum vide apud Pro-co-pium Persicorum I.

† L.III. c. III.  
§. 4. c. XV. §. 6.

VII. 1. Ex æquilibus, qualia sint in æqualia, † facile est intelligi. Promit-tuntur autem in æqualia aut ex parte digniori, aut ex minus digna. Ex par-te digniori, ut si quis auxilia promittat, nec restipuletur, aut majora promit-tat: ex parte indigniori in æqualia, aut, ut Isocrates dicto Panegyrico loqui-tur, τὰ τές εἰπεῖς ἐλαττόντες τοῦ δικαιου, sunt ea, quæ diximus, ωργανωτα, aut δημοκρατα vocari. Et hæc ipsa aut cum imminutione sunt im-perii, aut sine ejus imminutione.

Aaa

2. Cum

L.II.c.XVI. §.  
XIV.

2. Cum imminutione imperii, ut in secundo fœdere Carthaginensium cum Romanis, ne cui Carthaginenses bellum facerent injūsi populi Romani. Ab eo tempore, ut Appianus loquitur, Καὶ ἔχοντοι Πρωταίοις τὸν πόλεμον, Carthaginenses Romanis ex fœdere morem gerebant. Poteſt addi huic generi deditio conditionata, niſi quod illa non imminutionem, ſed translationem totius imperii continet, qva de re diximus † alibi.

† L.III.c.IV. Talem autem conventionem fœderis nomine & alibi Livius appellat, ut libro IX. Teates Apulī impetraverunt ſed ut fœdus daretur, neq; ut aequo tamen fœdere, ſed ut in ditione populi Romani eſſent. §.12.c.XI. §.14. ſeqq. c.XX. §.49. ſeq.

3. Sine imminutione imperii onera aut transitoria ſunt aut manentia. Transitoria, de ſolvendo ſtipendio, de mœnibus diruendis, ut locis qvibusdam decedatur; ut dentur obſides, elephanti, naues. Manentia, ut de imperio ac maijestate comiter colenda, cujus fœderis qvæ ſit viſ alibi diximus. Huic proximum eſt ut hostes & amici habeantur qvos velit partium altera: ut cui exercitu, cui cum altero bellum fit, per fines transitus commeatuſe detinatur. Tum illa minora, ne arces certis locis adificare, ne exercitum ducere, ne naues habere ultra numerum definitum, ne urbem condere, ne navigare, ne militem certis locis conſcribere licet, ne ſocios oppugnare, ne commeatuſe hostes juvare, ne recipere eos, qui aliunde eveniunt, ut fœdera prius facta cum aliis dirimantur: qvorum omnium exempla apud Polybiū, Liviuſ & alios videre eſt.

4. Solent autem fœdera in aequalia contrahi, non tantum inter vītores & vīctos, ut Menippus cenebat, ſed & inter potentiores & impotentiores, etiam qui bello inter ſe experti non ſunt.

IX. De fœderibus freqvens eſt qvæſtio, licetē ineantur cum hiſ, qui à vera religione alieni ſunt: qvæ res in jure naturæ dubitationem non habet, nam id ius ita omnibus hominibus commune eſt, ut religionis diſcribenon admittat. Sed de jure divino qværitur, ex qvo hanc qvæſtionem traſtant non Theologi tantum, ſed & Jurisconsultorum nonnulli, inter qvos Oldrādus & Decianus.

\*\*\*

*Non Theologi tantum*) puta Antoninus, Cajetanus, Toletus, Molina, Valdesius, Malderus.

IX. 1. Videamus primum de jure divino veteri, acturi deinde de novo. Fœdus non nocendi cauſa cum alienis à religione contrahere ante Mōſis legem licuit. Exemplum eſt in fœdere Jacobi cum Labane: ut jam de Abimeleco nihil dicam, quando non ſatis conſtat eum fuſſe idololatram. Neque id lex per Mōſem data mutavit. Exempla ſint Ægyptii, haud dubie tunc idolatriæ. Hos tamen aversari vetantur Hebrei. Excipiendi ſunt populi ſpēm divina ſententia damnati, † cujus ſententia executores erant delegati Israēliſtæ, nam hiſ, in idolatria perſtantibus, & imperium detracētantibus,

Reinkind. 10. et.

n. 31. 1. 13.

Th. 2, 2. q. 10. art. 10. Oldr. conf. 71. De- cīſ. III. conf.

20.

Gen. XXXI.

44.

Dev. XXIII, 7.

† L.I.c.II. §. 2. n. 1.

paras seu integra retinet, et corporeo.  
ratio & exteroris in certam proportionem  
auctoritatis in ea certas atque  
non proximam gradem. De Projecto  
omni pars ejusmodi in qualibet ea  
federatio, certas n. imbecillitas  
et confidenciam quae tempore eligat  
de dignitate dubias 2. i. c. 5. s. 22.  
habentur. De hac materia viague  
et cooperationis dilectio cap. 16.  
s. 14. ubi ueroe gratus quid e  
miserent se alter federationum  
vixi auctoritas bellum gerere possit  
et sub hoc n. cognoscendat  
bellum & exercitum, reg. xxii i.  
est bellum. gerocritus panetas  
pro aggressivo ac defensivo, et  
specialiter pro defensivo, t. libertas  
est bellum & exercitum, ne reni  
un contractus libertas & exercitus  
in transalpinae ab' cum Regis.  
1696. vixi et exortula porta  
dominica ad versus. poloniana.  
bellum noscet, Deo Imperator  
principate certum voluit et quis  
obligacionem recipiat, ejus et  
scimus hinc. Civil. s. 16 p. 422.



bus, parcere vetantur, qvibus itidem decreto divino additi sunt Amalecites.

2. Fœdera quoque commerciorum, & qvæ his similia ad utilitatem communem aut alterius partis pertinent, inire cum profanis licet per legem. nihil enim reperitur qvod obstat. Et exempla habemus fœderum, qvæ David & Solomo cum Hiromo Tyriorum rege fecerunt: ac notandum, in sacra historia dici fœdus hoc à Solomone factum juxta sapientiam qvam Deus ei dederat.

3. Lex qvidem Mosis specialiter imperat benefacere t popularibus, ἀγαπᾶν τὸν ξένον: præterea peculiaris vietus & morum ratio Judæis præscripta familiarem cum hominibus ceteris consuetudinem vix patiebatur. At hinc non seqvitur, aut benefacere extraneis non licuisse, non etiam laudabile id non esse, qvod male inde collegit posteriorum magistrorum prava interpretatio: unde illud Juvenalis de Judæis:

*Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.*

qvo loco exemplum monstrandæ viæ minime molesta neqve sumtuosa beneficia indicat, qvæ ignotis etiam tribuenda Cicero dicit & Seneca. Eodem pertinet Taciti illud de iisdem: *Apud ipsos fides obstinata, misericordia impromta, adversus omnes alios hostile odium.* Sic in novi fœderis historia legimus, sepe non solitos Judæos convivere συγχρόδη, συνθίσιν, κολλάσθη, περισσέχειν alienigenis. Et Apollonius Molio Judæis objiciebat, οὐ μὴ περιεδέχοντο τὸν ἄλλον περιουτελημαρθύες δόξαις τῷ Θεῷ, μηδὲ ποιωνεῖν ἡγελον τοῖς καὶ ἐπεργον συνθέσιας βίᾳ ἐν περιουτελημαρθύοις: non admitti ab eis, qui de Deo sentirent alia, nec quicquam ipsiis commune esse cum his, qui institutis different: Amici Antiochi apud Diodorum Judæos accusant: μόνος αἰτιώντων εἴδων ἀκοινωνήτος εἶναι τὸν περιεδέχοντο τὸν ἄλλον ἔθνος Περιειδίας οὐδὲ πολεμίας Σαρλαμβάνειν πάντας: solo ex omnibus populis insociabiles esse extraneis, ita ut ceteros pro hostibus ducant. Seqvitur de iisdem: μηδὲν ἄλλων ἔθνες τεταπέλην ποιωνεῖν τὸ περιεδέχοντο, μηδὲ άνοεῖν, cum nulla gente alia mensam habere communem, neq; bene eos alii velle. Mox eis tribuitur μισθρωπία odium humani generis. Et apud Philostratum Tyanensis de Judæis: ὅτι βίον ἀμικτὸν Λέγεται, ὅτι μητέ ποινὴ περιεδέχοντο τεταπέλην: vita genus adeo secretum ab humano commercio reperrunt, ut ne mensam quidam cum aliis communem habeant. Sicut & passim Judæis apud Josephum objicitur, τὸ ἀμικτὸν, τὸ ἀσύμφυλον, η Διγλυτὸς ἀμικτὸς, insociabilis vivendi ratio.

†††

*Non solitos Judæos convivere* ) Verba Seldensi de hac re sunt lib. 2. de J. & J. secund. dis. cist. Hebreor. cap. 5. pag. 175. sequentia: Ob ipsam, qvæ in sacris literis non semel affertur, de septem populum confitio commerciisqve evitandis rationem ( unde & de eis Ius Gentium imperativum seu à Numine præscriptum habetur ) aliarum item Gentium, qvārum non dissimilis ratio, ex jure Gentium sibi, maxime in solo Judaico, qvārum fieri potuit, aliisque Gentibus interveniente seu ab ipsis superinducto consuetudinem,

Aaa 2

,

tinent, consorium & commercia aliquot verabant. Quid ut facilius effectum fortiretur, etiam Gentiles omnes pro immundis, seu qui contactu Judaeum nunquam non contaminarent, statuere habendos. Cum enim sacras haberent leges, tum de puerata, tum de viri seminis, & mulieris sanguinis profluvio laborantis immunditie, quæ contactu personarum contrahebatur, neque leges ea, Israëlitis nempe peculiares, ad Gentiles attinerent, superinductum est sapientum decretum, quo nunquam hujusmodi immunditie seu ejus effectu, quantum ad Judeos, carere Gentiles constitutum est.

4. At, hunc non esse legis sensum, Christus nos docuit exemplo suo, cum à Samaritide femina aquam accipere non recusavit, legis ubique observantissimus. Sed & olim David apud populos irreligiosos perfugium sibi quæserat, nusquam eo nomine reprehensus. Apud Josephum Solomoni templum dedicanti & oranti, ut Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiret, hæc tribuitur oratio: ἡμεῖς τὸν ἀποθεωτικὸν τὸν Φύσιν ἐστρέψθη, εἰδὲ ἀλλογενεῖς λαοὶ τὸν ἑμεῖς φύλας ἔχοντα πολὺ non sumus inhumano ingenio νεῖς male affici erga extraneos.

<sup>t.h. s. n.r.</sup>  
~~je lejren~~  
~~Louer jas~~  
~~Leesende enred~~

5. Excipiendi ab hac regula non illi tantum populi, quos supradiximus, sed insuper Ammonitæ & Moabitæ, de quibus scriptum est Deut. XXIII, 6. Non queret prosperitatem eorum (ita rectius hoc loco verteris מִשְׁׁלֵךְ quam pacem eorum) nec bonum eorum ullis diebus tuis nunquam. Quibus verbis secunda beneficia cum illis populis vetantur, non etiam jus belli conceditur: aut certe, quæ Hebræorum qvorundam sententia est, vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Certe jus belli in Ammonitas Hebreis negatur Deuteronom. II. 19. neque Jephthes arma in eos movit nisi post tentatas & quæ pacis vias, neque David nisi atrocibus injuriis laceratus. De sociate bellica quæstio superest.

7. Ante legem, hanc quoque non illicitam fuisse cum profanis gentibus, exemplo apparet \* Abrahami impios Sodomitas (a) bello adjuvantis. Nec lege Mosis quicquam generaliter hac in re mutatum legitur. Atque ita videsmus sensisse \* Asmonæos, legis & peritos & reverentes admodum, ut ex (b) religiosa Sabbathi observatione, permilia sola sui tutela, non alio armorum usu, apparet. Et hi tamen cum Lacedæmoniis & Romanis fedus pepigere, approbantibus sacerdotibus & populo: imo & pro eorum salute sacra publice fecerunt. Quæ vero contra adseruntur, causas habent peculiares.

\*\*\*

<sup>(a)</sup> L. I. c. IV.  
§. I. n. r.  
<sup>(b)</sup> L. I. c. IV.  
§. VII. n. r.

*Abrahami*) Idem cum Escole & Anero fedus fecit. Sic & David cum Achi & Naaso. Solomon cum Ægyptis. Afa cum Benadado.

*Asmonæos legis & peritos & reverentes admodum*) Laus eorum est in Thargum Caldaico, in libris Maccabaicis, in epistola ad Hebreos. Horum exemplum secuti Imperatores & Reges Christiani & federa aut cum non Christianis, aut cum non sane Christianis fecere. Constantinus cum Gothis & Vandals, Justinianus cum Langobardis: cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Fran-

D. g. n. s. affea ob Barbaniis  
koren v. pulorum, rae in deit tractibus  
onei tempore fuii Barbaniis, in  
admodum et. hodie rae est. non 2.  
petendam illos regulos, plebe  
refusile sed numeris temporibus  
in romane claras geriam traxi  
erant Galia olim erant Sarra.  
cererem rare arabam. seu g.  
ob inuestigarem originem eorum.  
gaippe et concubitis Lotte eum  
filiebus ratoram. quo fortas m.  
pendes ratio ear Barbaniis olim  
reguli pugnederis in maledictione  
tempore ob tam indigenas rotum  
informans.



Francis, Svevis, Vandalis, Theodosius, Honorius, Leo, Heraclius, Rafilius, Isaacius, Angelus, Palæologus: cum Nauris reges Hispaniæ Alfonsus Hispaniensis, Ramirus, Alfonsus Castus, Sanctius Castellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus: Petrus Legionis Rex: Alfonsus Castellæ rex prudentissimus: cum Tartaris Rudolphus Habsburgensis. Adi Johannem de Carthagena, lib. III. de Jure Belli Romani Pontificis, c. I. Julius II. Pontifex Turcis usus.

7. Nam si quos reges aut populos, extra eos, qui in lege expressi erant, exosos sibi & infortunio damnatos per Prophetas Deus significasset, eorum tutelam suscipere aut cum iis arma sociare hand dubie nefas erat. Huc illud pertinet Propheta \* ad Josaphatum de rege Israëlis: *Tu ne improbo opitulari, & eos diligere, qui DEUM oderunt?* At ob hoc ipsum exar- sit in te Dei ira. Nam infelicem belli exitum Micheas Propheta jam ante, prædixerat. Et alterius Prophetæ ad Amasiam: *Ne ito tecum exercitus Israëitarum: nam non adest DEUS Israëlitis, nulli inquam Ephraimitarum.* Hoc vero non evenire ex natura federis, sed ex persona peculiari quadam qualitate, vel hinc evincitur, quod graviter increpatus est Josaphatus, etiam diris additis, eo nomine, quod commercii causa societatem iniiset cum Ochozia rege Israelitarum similem ei, quam David & Solomo inierant cum Hitamo, quos eo nomine partim non reprehensos, partim laudatos diximus. Nam quod additur Ochoziam impie egisse, debet ad totam ejus vitam referri, ob quam Deus ipsi omnibusque ejus conatus intensus fuerit: quomodo hac Historia explicatur in libro, cui nomen Constitutiones Clementis VI. cap.

II. Paralip.  
XIX, 2.  
II. Paralip.  
XXV, 7.

II. Paralip.  
XX, 37.  
II. Paralip.  
XVI, 2, 7.  
Esa. II, 6.  
L.I.c. II, 5.  
VII, n. 1.

XIX. —

\*\*\*

*Ad Josaphatum) Josephus: ἡναὲ τὸν ἄχαρον συμμάχους αὐθεωτον δοὺς: οὐδὲ πονηγόν: accusabat eum societas iniuste cum Achabo homine impiο ac scelerato.*

*Qui Deum oderunt) Gratianus Valenti patruo contra Scytas opem pe- tenti scripsit ὃς & δῆ τῷ ἐχθρῷ τῇ θεῷ συμμάχον, fas non esse, socialia arma jungere cum eo, qui Dei sit hostis. Zonaras.*

& Notandum & hoc, pejorem fuisse causam eorum, qui à Jacobo orti Deum bene cognitum deseruerant, quam populorum extraneorum. Nam in defactores illos ceteri populares armabantur; \* lege quæ exstat Devt. XIII, 13.

\*\*\*

*Lege, quæ exstat Devt. XIII, 13.) Adde exemplum Josuæ c. XXII,*

*9. Est & ubi culpan tur foedera ob animi vigium, unde procedebant: (a) i. Paral. ita à Prophetæ reprehensus Afa, quod ad societatem Syri se contulisset DEO diffusus: quod ostenderat, cum res DEO sacratas ad Syrum mitteret. (a) Sed nempe rex idem culpatus, quod in medicis spem posuisset, non in Deo. Non ergo ex hac historia magis sequitur, per se aut generaliter malum esse, societa-*

XVI, 12.  
Ambr. ad Rom. c. 3.  
Auctor. imper-  
fect. ad Matth.  
XVI.

Aaa 3

(b) 2. Sam.  
XXIV.

(c) 2. Reg.  
XX.13.

(d) Esa. XXXI.1.

(e) 1. Reg. 3.1.

(f) Dev. XXIX.7.

(g) Prov. 1.15.

XIII.20.

XXII. 24.

XXIV. 1.

Victoria de  
Indi relect. I.

n. 15. & 17.

Franc. Artus  
de bello n. 192

Cajet. 2.2. q.  
40. art. 1.

Molin. tract.  
IL disp. 12.

Matth. V. 45.

Gal. VI. 10.

I. VII. cap. III.

tem contrahere cum talibus, quales erant Syri, quam medicos confulerent. Multa enim non illicita vitiat animus, ut (b) censum in Davide, (c) thesaurorum ostensionem in Ezechia. Sic (d) alibi fiducia in Agyptio posita reprehenditur, cum tamen Solomoni (e) cum Agyptio affinitatem contrahere licuerit. 10. Qvibus & hoc addendum est, (f) Hebreos sub statu legis veteris differtas habuisse promissiones victoriae, si legem observarent, quo minus recurrendum habebant ad humana auxilia. Exstant qvidem & apud Solonem (g) sententiae non paucæ de vitandis consortiis impiorum. Sed hac prudenter monita sunt, non legis præcepta: & illa ipsa monita, ut moralia pleraque, plurimas habent exceptions.

X. i. Lex autem Evangelii nihil hac in parte mutavit: imo magis etiam favet foederibus, qvibus hi, qvi à religione alieni sunt, in causa justa sublevantur, qvia beneficentiam in qvosvis homines, data occasione, non libram modo reliquit & laudabilem, sed & sub præcepto posuit. Nam Dei exemplo, qvi solem oriri facit bonis & malis, & pluvia utrosque humectat, jubemur nullum hominum genus à beneficiis nostris excludere. Pene Tertullianus: *Quamdiu intra Israelem erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat. At ubi Christo dedit gentes hereditatem & possessionem terminos terræ, & coepit expungi, quod dictum est Osea: Non populus meus populus meus, & non misericordiam consecuta misericordiam consecuta. Natio scilicet exinde Christus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in miseratione sicut in vocatione.*

†††

*Magis etiam fæget foederibus*) Qvareritur hic: an Princeps Christianus cum Principe infideli inire possit defensivum adversis & ave infideles, prout fecit Sebastianus Lusitanus Rex cum Mauritanie Rege, inauspicatum bellum contra Regem Fesse monte. Simile meditabatur Rudolphus Imperator cum Rege Persarum? Hanc quæstionem examinat & affirmativè, & negativè, Herm. Grah. ius. part. 3. Peric. Academ. 2. q. 11. p. 450. & seqq. tandemque ita concludit p. 452. Dicimus tamen, ex præmissis politico-theologicis exemplis cuivis apparere, cum manifestè impiis dubia & periculis foedera esse, & sàpè nocere, qvare admonendos esis Rerum publicarum Principes, ne in ejusmodi contrahendis nimis faciles sint, & ut ab iis, si in ea casu aliquis fortè inciderit, oportune recedant. Nos, si jura gentium absolute spectamus, & ea, qvæ aliquando per accidens incidere possunt, incommoda segregamus, ejusmodi foedera salvâ conscientiâ iniri posse arbitramur cum Nicol. Myler. in not. ad Rumelin. Comment. ad A. B. Carol. IV. p. 20. D. 4. 1b. 25. Gravior res est, qvando cogitatur: an Principe Christiano fas sit, pro sui hominorumque defensione cum Principe infideli, contra Principem, & qvidem Christianum, foedera inire, & si ab eodem Principe Christiano armis prematur, auxilium petere? Myler. l. c. itidem in utramque partem multos Autores citat, rem tamen indecisam relinquit. Nos & hic foedus licitum statuimus cum Diav. Tom. IX. Tr. 13. pag. 471. Resolut. 1. 2. seqq. Dn. Frisch. in Dissert. Inaug. concil. 5. §. 8. ( qvi tamet opinionem mutavit in Princ. peccant. concl. 46. ) si bello petitus in nudis defensionis terminis subtilat: aliud autem pronunciamus, si offensive ad vindicandam injuriam illatam agere velit, qvippe quod foedus, licet causa iustissima subsit, quilibet cordatus Christianus abhorret debet. Hoc



S. 30. N. 3. a) 24 aa. Evangelicus ps.  
va coniuncta gospis interasse regia  
Catholiconis fidei v. qui vee mela  
vel processione Catholiconis spectans  
ti Docet enim ea commissare spectare  
in conuentum pro te ferunt. v.  
non licet spectare processione Cathol.  
regis nostri committit consagrat effras yfornis

Hoc loco examinandum insuper est fœdus Francisci I. Galliæ Regis cum Imperatore Turcico contra Carolum V. Imperatorem initum, ( quod adeo agrè tulit Carolus, ut Legatos Gallorum Fregosium & Rinconem ad Turcam mislos & per Italianam contendentes captos, tanquam hostes, trucidari iusterit, *Besold. Class. 2. Diss. 8. th. 13. add. not. Grot. l. 2. c. 18. §. 5. n. 1.* ) an defensivum saltem, an verò offensivum insimul fuerit? Veruntamen, quantum tam in priori, quam in nostro seculo gravissimos politicorum se in hoc themate exercitas, & pro affectuum varietate, modo Franciso, modò Carolo causa justitiam attribuisse novimus, idcirco supercedere prolixiori discursu volumus. Notabilia interim sunt de Franciso, quæ profert *G. org. Schonborn. 4. Polit. 36. p. m. 484. & seqq.* Franciscus, inquit ille, Galliarum Rex sic potens, ut cum potentissimo orbi dimicaret de orbe, & una veraq[ue] cura sic complexus universos suos, ut lis fuerit in Galliâ, debacans illi plus Mars an Minerva: Nobilitas an Plebs: Miles an Mercator: Tantus heros videtur summa felicitatis apicem attigisse, nisi moriens exclamasset: perii, heu perii, quod volui esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis! *Steid. l. 15.* Cardinali Guisio suggestienti consolationem ex sacris literis, omnis, inquit, misericordia mihi clausa est; qui, ut emuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem injuriam, fœdus pepigi cum Turcâ, & Christianorum capita tanquam armenta ad Mahometanam servitutem vivus videntisque passus sum abigi. Non puto has voces esse desperantis, sed extremè potius dolentis. Sanè præter bellum, quod florentissimam Galliam exercuit, alis etiam modis ad pœnam tractus est Franciscus. Posteritatem illius videmus extinctam: Heinricus filius in publico spectaculo factus est orbi spectaculum: Nepotes, dolor, bellum, venenum, cultellus, ita brevi absulmis omnes, ut una eademque ætas Valesiam gentem viderit & summan, & propter fœdus Turcum nullam, &c. Haec tenus *Schonborn. Sid. Hessen-ital. Arch. Pol. Class. 5. q. 9.* Ceterum alia fœdera, quæ cum infidelibus non ad mutua auxilia, sed de non offendendo, de finibus tuendis, de pace coienda, de commerciis eorumque libertate contrahuntur, jure subsistere possunt, *Sid. Reinking. de Regim. seculi & Ecclesiast. l. 2. cl. ff. 3. c. 3. n. 63. & seqq.*

2. Quæ accipi oportet salva gradus differentia, ut in omnes simus benefici, præcipue tamen in religionis consortes. In Clementis constitutionibus legitimis: πάντοις δὲ δίκαιοις ἐξ ὀνειρῶν πάντων. ωργητηρίους ή τες ἀγίσ. Omnibus largiendum de nostra opera: sed ita ut sanctorum potior habeatur ratio. Perfecta liberalitas, inquit Ambrosius, fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum operis circa domesticos fidei. Simile est illud Aristotelis: εἰ γὰρ ἡ μοίως ωργητηρίους πάνθεων καὶ ὅβετων Φεγυτίσιν. Neg̃, enim par est aequalē cūram subiri pro externis & pro amicis.

3. Convictus etiam familiaris cum hominibus, qui alieni sunt à religione, non prohibetur: ac ne cum illis quidem, quorum pejor causa est, & qui à disciplina Christianæ regula deficiunt, omne interdicunt commercium, sed familiare extra necessitatem, non etiam quod emendandis ipsi spem præbet. Illud vero, quod apud Paulum est, Ne jugum ducite cum alienis a fide: quod enim conformatum est justitia cum iniuritate, aut quæ commixtio est lucis cum tenebris, aut quæ concordia est Christo cum Satana, aut quæ pars credenti cum non credente? ad eos pertinet, qui in idoliis convivabantur, atque ita aut idolatriam committebant, aut certe committentium speciem præbebant. Ostendunt sequentia: Quæ consensio templo Dei cum idolis? similia illis, quæ in priore ad

Of. I. c. 3.

Nic. IV.

II. Theſſ. I. 15.  
I. Cor. VI. 14.

I. Cor. X. 21.

*ad Corinthios eosdem: Non potestis fieri particeps mensae Domini & mensae de-  
moniorum.*

4. Nequicunque ab eo, quod subcunda sponte non sunt profanorum imperia, nec conjugia cum eis contrahenda, recte procedet argumentum. Nam in utroque hoc casu apparet majus periculum, aut certe plus difficultatis injici veræ religionis usui. adde quod magis perpetua sunt ista vincula: & in matrimonio liberior electio, cum foedera ex temporum & locorum occasione sumenda sint. Sicut autem benefacere profanis malum non est, ita nec opem eorum implorare, sicut Cæsaris & Tribuni auxilium Paulus invocavit.

XI. i. Nulla ergo hic intrinseca aut universalis est pravitas, sed \* ex circumstantiis estimanda. Cavendum enim, ne nimia commixtio contagium adierat infirmis; quam ad rem utile erit sedes distingvi, sicut Israe<sup>l</sup> ita seorsim ab Aegyptiis habitarunt. Neque enim ratione caret illud Alexandridz:

καὶ αὐτὸν παραπέμψειν ὑπῆρχεν

τέλος γένεσις οὐδὲν τί πάλιν σημαίνει;

τέλοις αὐτόν οὐδὲ τίτλον ἔχει πολύ.

*Ego esse vester non queam commilito;*

*Ovando nec leges, nec mores consentim*

Sed multis inter se intervallis discrepa-

continent & ea, quæ alibi + attrulimus, d.

L. c. 2. Sylv. Qvo pertinent & ea, qvæ alibi f. attulimus, de religione Judæorum & Chri-  
in verbo bel-  
stianorum in commilitio cum paganis.

Lum, p. I. n. 9, 3.

L.I.C.2. §. 9.

n. 3.  
Libro I.

*Ex circumstantiis estimanda) Vide orationem Phartaxæ ad Lazos apud Agathiam III. Saxo libro IX. in verbis Ludovici regis Francorum ad Hural- dum: Nullam posse animorum intervenire concordiam, dissona sacra complexi, quamobrem petitorem opis primum religionis contubernio opus habere, neque magnorum operum confortes existere posse, quos supernæ venerationis formula dispersasset.*

2. Sed & si ex societate tali prolanæ opes magnum sint habitura incrementum, abstinentia erit extra summam necessitatem. In qua locum habet, qvod in simili re dixit Thucydides: αἰσιότερον ἢ δύο ὀστέα καὶ ἡμίς ταῦτα Αἰγαῖον θηλεύθετα, ἢ ἐλάνας μόνον, ἀλλὰ καὶ θαλασσάρες περιλαβόντες Δασοῖνα. His qui insidiis impetruntur, ut nos ab Atheniensibus, inuidia fieri non debet, si salutem querunt non Graecorum modo, sed & Barbarorum auxilis. Non enim ius qvodvis sufficit ad id committendum, qvod religioni, si non directe, indirecte tamen nociturnum putetur. Qvarendum enim primo loco est regnum celeste, id est Evangelii propagatio.

3. OPTANDUM esset, ut multi hodie Principes ac populi in animum admitterent liberam & piam vocem Falconis Archiepiscopi qvondam Remen-

Fred.l.IV. hi-  
storia Remen-  
sis c.6.

S. ti. n. 1. q. foderis eum heterodoxis  
sea diuina religio, socii non fues.  
eicita sed rebula tu fuit religio.  
rem 2. dice filias razior mea fio.  
mea amiculam patrum quia dices.  
fodorem moram et negotiorum alia.  
ut in Specie 2a de foderibus  
et pacificationibus Evangeliorum  
cum Evangelici abit iterata ne.  
geni non potest ea licet esse.  
ut tuta non fuit. postificii a  
petiatur praeserem remm ista.  
tum tu et praefati reges fides  
deos pecta praeceps 2) pagi  
perigm ante eorum Iacobum bullas  
conveniatores reocarant. 3) pacies.  
huiusmodi sicut alii postificii.  
rum precepta reges p[ro]p[ri]o posse.  
re fidei ultra coniuncta Ecclesi.  
operi h[ab]et ergo in fidei  
reges latas religua egesas.  
S. ti. n. 2. b). applicandum ad.  
foderis gallorum eum turci.

S. ti. n. 2. q. et eos moindis id.  
egaliates locum foderum peadas.  
foderis illa a galle turcice reli.  
giori Christiani in huayani puxa.  
fuerunt roga.  
S. ti. n. 3. q. applicandum ad tadi  
re arma u exponi a gallis  
rege turci subministrata Conf.  
deare de foderibus fraci:

q[ui]n Chrysostomus hoc i[n] p[ro]positio[n]e  
tractata. 16 uti sene[n]t[ur] d[omi]n[um]  
est[er] p[re]dictis. q[uo]d q[ui]n reges gallie  
et gallesiorum familiis recessione  
h[ab]ent t[ot]e gallesiorum f[ig]uris.  
reflexis et p[ar]tibus p[er]fandunt cu[m]  
fancis foedus in germinium ei chos.  
teina

feder a suscipere detestanda? Nihil enim distat utrum quis se paganis societ, an abnegato Deo idola colat. Exstat apud Arrianum dictum Alexandri: ἀδικεῖ μεγάλα τὸς σεαυτοῦ πόρους ἡμίτιτην Ελλάδην τοῦτο τὸς βαρεῖσθαις, τοῦτο τὸ δύματο πὰ τὴν Ελλήνων: graviter eos delinqueret qui aduersum Gracos Barbaris militarent, contra Graecorum jura.

\*\*\*

Inimicorum Dei amicitiam velle ) Exemplum in Mancasa apud Nicetam rebus Ilaaci Angeli lib. II. prædicatur pietas Emanuelis Ducus Sabaudia, qui Cyprum ope Turca recuperare cum posset noluit.

XII. Illud hic addam, cum omnes Christi unius corporis membra sint, I. Cor. XII, quæ jubentur alia aliorum dolores ac mala persentiscere, sicut id ad singulos pertinet, ita & ad populos qua populi sunt, & ad reges qua reges pertinere. Neque enim pro se quisque tantum, sed & pro mandata sibi potestate servire Christo debet. Hoc autem præstare reges & populi non posunt grassante armis hoste impio, \* nisi alii aliis auxilio sint: qvod commode fieri nequit, nisi fedus eo nomine ineatur: qvod fedus jam olim initum fuit, & princeps ejus creatus consensu communis Romanus Imperator. Debent ergo Christiani omnes ad causam hanc communem, pro virium modo, viros ac pecunias conferre: qvod quo minus faciant, non video, qvomodo possint excusari, nisi qui bello inevitabili, aut non dissimili malo domi distinentur.

\*\*\*

Nisi alii aliis auxilio sint ) Ad hanc rem vide Marianam libro XXX. Parvam libro IV. Bizaram VII. & XII.

XIII. 1. Solet ræpe & illa incidere quæstio, si plures bellum gerant, utri potius opem ferre debeat, qui utriqve est federatus. Hic primum sciendum est, qvod & supra (a) diximus, ad iusta bella nullam esse obligationem. (a) L. I. c. III. §. 23. n. 2. L. II. (b) Qvarè qui federatorum justam habet bellum causam præferendus, si cum extraneo res sit, etiam si cum alio federato. Sic oratione de Megalopoli ostendit Demosthenes, Messeniis sociis contra Lacedamonios item socios opem ferri ab Atheniensibus debere, si ab his incipiat injuria. Sed id ita verum; nisi convenerit hoc qvoque, neadversus eum auxilia (c) mittere licet. In pactione Hannibalism cum Macedonibus erat: Hostium hostes erimus, exceptis regibus, civitatibus, & portubus quibuscum fædus nobis & amicitia est.

(b) h. L. 2. c. XXII. (c) h. VI. (c) h. c. 15. §. 6. & 7.

\* fei el. foedera. grecis regis eam. belgicis ab 1602. et cepei. eaeor. (d) h. I. c. 22. et dec.

Qui federatorum justam habet bellum causam præferendus ) In fidelitate Feudali dicitur: Et si sivero velle te aliquem justè offendere, & inde generaliter vel spe cialiter suero requisitus, meum sicut potero præstabo auxilium.

2. Qvod si federati inter se committantur causis utrinque injustis, quod accidere potest, utraqve parte abstinentur erit. Sic in Leuctrica Aristi-

Bbb dis

dis quinta dicitur, ei μὴ ἐστὶν ἄλλος ἀντίλειν, πρὸδιας αὐτοῦ. ἐστὶν ἀλλοῖς τούτων, τοιχοῖς ἐθέλειν παρεῖναι: siquidem in alios auxilium poscenter, facile esse negotium: sin sociorum alter in alterum, nolle se misceri.

(e) lib. 2. cap. 23.  
§. 3. & 13.

Lib. IX.

3. Qvod si federati in alios bellent justa (e) qvisque de causa, si utriusque auxilia mitti possunt, puta in milite aut pecunia,mittenda erunt, ut fit circa creditores personales. At si ipsius, qui promisit, praesentia requiritur, quae individua est, ratio postulat, \* ut præferatur, cum quo antiquius est fœdus; qvod Acarnanes Spartanis dicunt apud Polybium: eodemque pertinet Consulis Romani responsum Campanis datum: amicitias ita institui par est, \* ne qua vetustior amicitia ac societas violetur.

\*\*\*

Ut præferatur cum quo antiquius est fœdus) Vide de Feudis lib. IV. c. 31.

Ne qua vetustior amicitia ac societas violetur) Χεὶν Φίλος κατὰ ἔχοντας συμμαχεῖν, ἢ τῷ Φίλῳ. amicis auxilia ferenda contra hostes, non contra amicos.

4. Sed addenda exceptio, nisi fœdus posterius ultra promissionem aliquid habet, \* qvod quasi dominii translationem in se contineat, puta, subjectionis aliquid. \* Nam & sic in venditione dicimus priorem præferri, nisi posterior dominium transtulerit. Sic Neperfinis apud Livium deditonis, quam societas fides sanctior. Distinguunt hæc alii subtilius; sed quæ dixi, ut similiter. *peores et reges, fortiores et auctiores, plicipiora, ita veriora arbitrari.*

Sylvest. in  
verb. bellum.  
p. I. n. 7.

Lib. VI. cap. X. *peores et reges, fortiores et auctiores, plicipiora, ita veriora arbitrari.*

cap. 16. §. 13. *peores et reges, fortiores et auctiores, plicipiora, ita veriora arbitrari.*

dec. cons. 467.

Qvod quasi dominii translationem in se contineat) Vide Rademicum II. 7. Nam & sic in venditione) Edictio Theodorici c. 138.

dec. cons. 265.

XIV. Finito tempore fœdus tacite renovatum intelligi non debet, nisi ex actibus, qui nullam aliam interpretationem recipiunt, non enim facile præsumitur nova obligatio.

Cep. 451. 455.  
461.  
† Libr. I.

XV. Si pars una fœdus violaverit, poterit altera à fœdere discedere: nam capita fœderis singula conditionis vim habent. Exemplo sit illud apud † Thucydidem: λύσοι τὰς σπονδὰς ἡγέτης οἱ διὰ ἑγουλας ἀλλοις προστίνειν, ἀλλὰ οἱ μὲν Βονθέντες οἰς αὐτὸν ἐνωμόσσονται. Soluti fœderis culpam sustinent, non qui deserti ad alios se conferunt, sed qui quam jurati promiserant opem re non præstant. Alibi apud eundem: ὁ, τι δι, αὐτὸς τοτε τοιχοῖς προστίνειν, τοτε λελύζεις τὰς προνόδους. Si vel tantillum ex diuersis pars alterutra transgredederetur, rupia fore pateta. Sed hoc ita verum est, ni aliter conveniret: qvod fieri interdum solet, ne ob quasvis offensas à fœdere discedere licet.

†††

Ne ob quasvis offensas) Ed. Infr. Pac. Cas. Suec. Osnabr. 1648. art. 17. §. 5. seqq.  
Cas. Gall. §. 115. seqq.

XVI. i. Sponzionum tot esse materiæ posunt, qvot fœderum. Distant enim



§. 16. n. i. a). nikel reg. et promissio  
et promittere aequum in  
mandatis dedit.

§. 16. n. 3. b). Juxte nicias non.  
poterat obeytio erat a regi.  
metrumenta, non et aequum promittere  
nisi certis juxtorum item velle.

enim hæc personarum facientium potestate. Sed duo sunt, quæ de sponsionibus quæri solent: primum, si improbetur à rege aut civitate sponsio, in quid teneantur sponsores, an ad id, quod interest, an ad restituendam rem, in eum statum, in quo erat ante sponzionem, an ad corpus dedendum. Prima sententia videtur juri civili Romano congruere: secunda æquitati, quam in Caudina controversia (a) tribuni plebis L. Livius & Q. Me-lius urgebant: tertia usu probata est, ut exemplis sponsionum duarum, nobilium Caudinæ & Numantinæ † apparuit. Sed illud ante omnia tenendum, eum, qui summum imperium habet, nullam in partem obligari. (a) Liv. I. 9. c. 2. eqq. it. c. 8. tL. 3. c. 22. §. 7.  
Injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat: & hoc non minus rectè: si quid est, in quod obligari populum possit, in omnia potest. ex oreis caecis  
ex cœlestis oratione ad Bonas de pace. tL. 4.

†††

Juri Civili Romano congruere) add. I. Judicell. D. 12. 2h. 5. lit. d. Dn. Stranch. D. 14. th. 15.

2. Ergo nec ad id, quod interest, nec ad restitutionem populus tenebatur: cum qvo, si negotium sibi esse voluiscent Samnites, retinere exercitum apud Furculas Caudinas debuerant, & Romam legatos mittere, qui cum Senatu ac populo de pace ac federe agerent, ut quanti ipsis eset exercitus incolumitas, id ipsis estimarent. Tum demum, si pactis statum non esset, potuissent dicere, quod & ab ipsis & à Numantinis dictum ait Vellejus, publicæ violationem fidei non debere unius sui sanguine. Lib. II. c. I. §. 5.

2. Majori specie dici potest, milites omnes fuisse obligatos. Et certe, æquum id eset, si ipsorum ius ac nomine contractum foret à sponsori-bus, ut in pacto, qvo Hannibal fecit cum Macedonibus, faciū vide-<sup>re loc. in iusta</sup> am. seno pri-  
mus. Qvod si \* fide sponsorum & \* sexcentorum, qvos imperarunt, obser-<sup>angele fac.</sup> dum fuerunt contenti Samnites, habent quod sibi imputent. Rursum, si sponsores præ se tulerunt potestatem publico nomine contrahendi, ex pablican sa-  
damno per dolum dato ad restitutionem tenebantur. Si id non apparet, tene-<sup>dam seno pri-</sup>  
bantur ad id, quod intererat ex vi negotii ratum haberit. Et hoc casu non ratus pablican.  
corpora tantum, sed & bona sponsorum fuisse obligata Samnitibus, nisi <sup>et pablican.</sup> nulla esse de-  
pœnam vice ejus, quod interest, expressissent. Nam de obsidibus con-  
venerat, ut capite luerent, si pacto non staretur. De sponsoribus an eadem  
dicta sit pœna, in obscuro est. Pœna autem stipulatio, tali modo facta, effi-  
cit, ut si factum præstari nequeat, nihil aliud sit in obligatione: succedit enim  
certum loco incerti, quod interest. Erat autem communis istorum tempo-  
rum sententia, etiam vitam † valide posse obligari.

Bbb 2

† L. III. c. XI.  
Milites §. 12. 13. 14.

\*\*\*

*Milites omnes fuisse obligatos*) Sic Numantini, si sponsio non probaretur, exercitum sibi dedendum censemabant, ea sponsione liberatum.

*Fide sponsorum*) Ii erant Consules duo, Quæstores duo, Praefecti IV. Tribuni XII, narrante Appiano. Hi omnes dediti ex Caudino sponsu: ex Numantino Consul solus, ceteris parcitum ob Tiberium Gracchum, ut in Gracchorum vita narrat Plutarchus.

*Sexcentorum quos imperarent obsidum*) Pontius filius apud Appianum: ταῦ τε ινατῶν Δηλέζουαν ταῖς Δηλεζεῖς, ὅμηροι ταῦ δ' συγχρόνοι, ἔως ἄπεις ὁ δῆμος Δηλεζεῖς, equitum potissimum deligamus; qui obsides sint, donec populus pacata firmet. Satis esse obsides tenentis arbitrio relinqui censuere Lusitanis in re simili. Mariana XXI. 12 qui debitos accipiunt, poenam remittere censentur. Polybius excerpto CXXII.

4. Apud nos autem, qui aliter sentimus, existimo, tali sponsione bona primum ad id, quod interest, & si ea non sufficiant, corpus ad servitutem obligari. \* Fabius olim Maximus, cum pactum quoddam ejus cum hostibus factum Senatus improbasset, fundum suum ducentis millibus vendidit, & fidei satisfecit. Samnites vero\* Brutulum Papirium induciarum ruptorem simul cum bonis suis dedendum recte censuerunt.

\*\*\*

*Fabius olim maximus*) Diodorus Siculus in excerptis Peirerianis, Valerius Maximus IV, c. IIX.

*Brutulum Papirium*) Dion excerpto legationum V.

XVII. 1. Altera quæstio est, an sponsio obliget summam potestaten ex notitia & silentio. † Hic distingvendum primum, an pure facta sit sponsio, an sub conditione, si rata haberetur à summa potestate. Nam haec conditio non impleta (debent autem conditions diserte impleri) nullam facit sponsionem. Qvod recte convenit in sponsionem Luctatii cum Poenis: accedebat, qvod ea se populus, qvia suo iuslui facta erat, teneri negaverat: itaque publico consilio aliud de integra scodus factum erat.

2. Videndum deinde, an præter silentium res aliqua acceperit. nam sine re aut facto aliqua silentium non satis probabilem voluntatis conjecturam suppediat, ut ex his, quæ de dominii derelictione † supra diximus intelligi potest. Sed si actus aliqui acceperint, qvit ad aliam causam probabiliter referri nequeant, tum recte intelligitur auctus ratus esse habitus: qvomo do probatum id, qvod cum Gaditanis convenerat; notat Cicero pro Balbo.

Polyb. & Liv. dictus locis. 3. Silentium adversus Carthaginenses urgebant Romani de pactione cum Asdrubale facta. Sed cum illa pactione verbis concepta esset neganti bus, ne Poeni amnem Iberum transirent, vix erat, ut silentium solum ad indu-

cen-

Y 1559210  
11

*Conspectus* Cap. 16.  
Libr. II.

cendam ratihabitionem facti alieni valeret, qvippe eum factum proprium nullum secutum eslet, nisi aliquando Pœnus, Iberum transire volens, prohibitus à Romanis eslet, eorumq; dicto Pœni paruisse. talis enim agus vim habet actus positivi, nec manet intra fines nude abnuditivos. Qvod si Luctati pœctio plures habuisset partes, & ceteras partes à jure communi abeuntes obseratas à Romanis semper appareret, jam satis firma eslet conjectura probata pœctionis.

4. Restabat h̄c dicere aliquid de pœctionibus, qvas duces & milites non de eo, qvod summi est imperii, sed de re privata sua aut sibi permisâ faciunt: sed de his agendi oportunior erit locus, ubi ad ea, qvæ in bello accidunt, preventum erit.

L.III.c.XXII.

## CAPUT XVI.

## De interpretatione.

*De Interpretatione. Fragmenta litterar. edit. 1772. f. 1r. 12. 12. ff. 12. 13. 14. 15. 16.*

- I. Quomodo promissa obligent exterius.  
 II. Verba, si aliæ conjecturæ absint, intelligenda ex proprietate populari:  
 III. Verba artis ex arte.  
 IV. Conjecturis usum esse ex ambiguitate vocum ex specie repugnantia, aut qvia se ingerunt.  
 V. Ut ex materia:  
 VI. Ex effectu: (loco:  
 VII. Ex conjunctis, origine, aut etiam  
 VIII. Quo pertinet conjectura ex ratione  
     movente, qvæ quando & quomodo  
     locum habeat.  
 IX. Distinctio significationum in laxas &  
     strictas.  
 X. Distinctio promissorum in favorabili,  
     odiosa, mixta, & medita.  
 XI. Rejecta circa actus populorum aut  
     Regum differentia contractuum bone  
     fidei aut stricti juris.  
 XII. Ex dictis distinctionibus significa  
     tionum & promissorum régule for  
     mantur circa interpretationes.  
 XIII. An sociorum nomine futuri veni  
     ant, & quatenus: ubi se fœdere Ro  
     manorum cum Asdrubale, & simili  
     bus controversiis.
- XIV. Quomodo interpretandum, Ne al. 15. c. 12.  
 inter populus alterius injussa bellū gerat.  
 XV. De illis verbis, Liberam fore Car  
     thaginem.  
 XVI. Qvæ pœcta personalia habenda,  
     qve realia, distinctionibus explicatur.  
 XVII. Pedes cum rege initum extendâ  
     ad Regem regno pulsus:  
 XVIII. Non ad regni invasorem.  
 XIX. Promissū ei qui primus hoc fecerit,  
     si plures simul fecerint, cui debeatur.  
 XX. Conjectura se ultro offerens: aut ex  
     tendit, & quando id fiat:  
 XXI. Ubi & de mandato per aliud im  
     plendo:  
 XXII. Aut restringit: idq; vel ex defectu  
     originario voluntatis, qui colligitur  
     ex absurdo.  
 XXIII. Ex cessatione rationis unica.  
 XXIV. Ex materia defectu;  
 XXV. ( Observatio circa conjecturas  
     proxime dictas: )  
 XXVI. Vel ex casus emergentis repu  
     gnantia cum voluntate: qui sumitur  
     ex illico;  
 XXVII. Ex onere nimium gravi, habita  
     ratione actus;

Bbb 3

XXIX. Ex

C. 16